
Positiones utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1979.10030

Auteur(s) : Joseph Marie Yver de Touchemoreau

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Angers)

Imprimeur : Dubé

Période de création : 2e quart 18e siècle

Date de création : 1743

Description : Une feuille de papier vergé filigrané. Perforations en bas à gauche. Le papier est froissé et taché. Texte imprimé. Paraphes manuscrits en bas.

Mesures : hauteur : 410 mm ; largeur : 308 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit soutenir, pour l'obtention du baccalauréat, Joseph Yver de Touchereau, dans les grandes écoles d'Angers. Les thèses de droit civil traitent des contrats de vente. Les thèses de droit canon portent sur les manquements des prélats à leur charge et les sanctions qu'ils encourent. L'affiche a été contresignée par le lieutenant général d'Angers et le président du jury, pour valider l'obtention du baccalauréat.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

DEO OPTIMO MAXIMO POSITIONES UTRIUSQUE JURIS.

EX JURE CIVILI.

Ex Tit. ff. de Contrabendâ Emptione, &c.

I.

Emprio venditio est contractus juris gentium, bonæ fidei, nominatus, quo id agitur, ut rei dominium transfératur in emptorem pro certo pretio.

II.

Perficitur solo consensu, simul atque de re & pretio convenit.

III.

Si tamen in scriptis emptionem contrahi placuerit, non aliter perfecta erit nisi instrumentum emptionis conscriptum fuerit, & partibus suis omnibus absolutum.

IV.

Consensus debet esse liber, vi, metu, aut dolo contracta emptio nulla est. Idem facit error pretii, corporis, materiæ, aut sexûs.

V.

Sine re quæ vaneat emptio non potest intelligi: vendi non possunt res commercio hominum exemptæ; suæ quoque rei emptio non valet.

VI.

Pretium debet esse certum & in pecuniâ numeratâ consistere; si enim res pro re datur, non erit emptio, sed permutatio.

VII.

Potest conferri in arbitrium tertii: non autem incertæ personæ, aut alterutrius contrahentium.

VIII.

Hoc contractu tenetur venditor rem tradere emptori, ut eam habere liceat, nec liberatur solvendo quod interest: emptor verò tenetur pretium solvere venditori, ut nummos faciat accipientis.

IX.

Porro venditione perfectâ, periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, tamen adhuc ea res emptori tradita non sit.

X.

Emprio tam sub conditione, quam purè contrahi potest.

EX JURE CANONICO.

De supplendâ negligentia Prælatorum, apud Gregorium.

I.

Negligentia Prælati est omissio ejus, quod de jure, vel consuetudine, ratione sui muneris, facere debet.

II.

Si Episcopus ter rogatus Abbates benedicere recusaverit, permittitur eis quæ officii sui sunt peragere.

III.

Prelato non conferente Beneficium vacans intra tempus constitutum, jus conferendi ad proximum Superiorem devolvitur.

IV.

Tempus providendi majoribus Ecclesiis est trium mensium; inferioribus verò Beneficiis sex mensium.

V.

Tempus illud currere incipit à die notitiæ, non à die vacationis.

VI.

Ob negligentiam Prælati legitimè impediti, jus eligendi non devolvitur ad Superiorem.

VII.

Patrono licet impedito quominus possit præsentare currit tempus à jure præfixum.

VIII.

Tempus præsentandi Patrono præfixum est quatuor mensium, si jus patronatus sit Laicum, sex verò mensium, si sit Ecclesiasticum.

IX.

Aliquando poena negligentia Prælati est depositio, privatio Dignitatis, vel Officii.

Has Theses, DEO duce & auspice Dei-parâ, propugnabit,

Præfide V. C. D. JACOBO DUBOYS, Antecessore Consultissimo,

JOSEPHUS-MARIA YVER DE TOUCHEMOREAU, Diœcesis Cenomanensis.

Die 27. Julii anno Domini 1743. horâ tertiâ pomeridianâ.

PRO OBTINENDO BACCALAUREATUS GRADU.

Andegavi, in Majoribus Scholis.

Typis PETRI-LUDOVICI DUBË, Academiæ Typographi, propè Basilicam Sancti Petri.

*Joelloux-Dulis
Locus genera*

Duboyz Antecessor